Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

Applicatio Missæ pro defunctis,

urn:nbn:de:hbz:466:1-46628

4. Omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

5. Omnium inimicorum meorum, ad dimiſſionem.

6. Omnium Hæreticorum, & infidelium, ad converſionem.

7. Omnium agonizantium, improviſè morientium.

8. Omnium mihi commiſſorum in genere, & in ſpecie, & omnium pro quibus vis, & ſcis me debere orare.

Applicatio Miſſæ pro Defunctis.

Memento Mortuorum.

1. Animarum parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, & omnium amicorum meorum.

2. Animarum, quæ, occaſione mei, purgantur in Purgatorio.

3. Animarum omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus & temporalibus.

4. Animarum omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

5. Animarum quarum non eſt ſpecialis memoria.

6. Animarum omnium mihi commiſſarum in genere, & in ſpecie.

7. Animarum omnium improviſa morte corporibus exutarum.

8. Animarum exiſtentium in Purgatorio, & omnium pro quibus vis, & ſcis me debere orare.

FORMA INTENTIONIS ALIA ad Miſſam celebrandam.

AD laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis: in memoriam Salvatoris noſtri JESU Chriſti, vitæ, Paſſionis, Mortis ac Reſurrectionis, ac operum, & meritorum ſuorum, omniumque Sanctorum unionem. Ad laudem quoque, & exaltationem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, Cæleſtium Angelorum, Sanctorum, atq; Sanctarum & ſignanter N. N. & aliorum Sanctorum; offero etiam cum ipſorum beatorum ſpirituum laudibus, Sanctorumque omnium precibus & meritis nunc & ſemper, hoc, & omnia alia ſacrificia, officia, orationes, & bona opera totius mundi pro meis præſentibus & futuris animæ, & corporis neceſſitatibus, in auxilium & conſolatio-